

Leben des Abtes Franz Hertenstein von Ettenheim-Münster.

181

rima hic nobis forent dicenda, sed quoniam brevitatis lege cohibemur, fas nobis sit, dicere, illum si abbatialem demas dignitatem, aliam a reliquis monachis eminentiam haud affectasse, quam quae a solertioribus virtutum exercitatione ipsi ultro accessit. Nec minus decori semper studiosus fuit adeo, ut etiam honestissimis interesse conviviis dubitavit, anno autem 1683. capitulari suorum concluso decerni voluerit, ne ultra abbati liceret, levandis e sacro fonte infantibus nobilium patrum agere, venatum denique sese dedecere omnino professus sit. Proinde minime mirum, quod tales post se aliquando reliquerit monachos, qui, unicum, in quo oleum operamque suam perdidisse visus est, excipio, ab exacta religiose vivendi norma commendatissimi essent et digni, qui in externis quoque monasteriis religiosae vitae magistris legerentur, veluti p. Bernardus Mugg et p. Romanus Weishaar, e quibus iste in monasterio s. Crucis Donawerdae, ille vero in Maurimonasterio Alsaciae haud inglorii uterque eam functionem obivere. Quid quod Ettonianae sub Francisco nostro disciplinae forma ita captus est abbas quidam ex Alsacia Altorffensis*, ut posita mitra illius consors fieri annis 1685. et 1686. enixe flagitarit, nulla nisi prohibentis episcopi ratione a sua sententia dimotus.

4. *Studia literarum fovit.* Alteram post religiosam disciplinam curam excolendis studiis literarum noster impendit, equidem antehac jam ea hocce in monasterio vigeabant. Monachi enim d. Ettonis durante exilio apud s. Gallum commorati, ibidem egregie literis instructi fuerant, quod vel duo illi p. Etto Mayer et p. Arbogastus Arnold** abunde comprobant, quorum ille juris utriusque in paucis eruditus, hic vero historiarum patriae praesertim scientissimus fuit. Ast Francisci auspicii literae apud nostros ad altiorum gradum evectae videbantur, ut enim ipsemet iisdem probe tinctus

* Abt Beda in Altorf. Siehe Zufüge, den Brief vom 20. April 1684.

** Dieses Lob scheint P. Arbogast Arnold, über welchen in den Zufügen noch weitere Quellen folgen, mit Recht zu verdienen. Unter den Ettenheim-Münster'schen Hff. der hiesigen Hofbibliothek fand ich eine H. o. N. in 8° von Arbogast Arnolds Hand geschrieben, welche lateinisch seine Predigt-Entwürfe enthält, vom 16. Mai 1655 bis 20. April 1656. Sein Vorwort zu dieser Predigten-Sammlung lautet: Ora pro laborante 1655. Fusi et proluxi isti subsequentes collecti mei discursus et a me patre Arbogasto Arnoldi, religioso Ettonino, sacerdote et vicario oppidi Ettenheimiani, volantibus pennis ad ruminandum et revidendum ex novis authoribus pro rata temporis ad posse et esse, annotati et excerpti sunt. In diesen Entwürfen finden sich zahlreiche Citate aus der Kirchen- und Profan-Geschichte, aus der allgemeinen wie aus der Landesgeschichte.

fuerat, ita nihil eorum, quae illis promovendis inseruirent, neglexit, quam ob rem neminem ad ordinis professionem admisit, qui non aut literis imbutus, aut ingenio literarum studiis apto instructus esset. Dein studiorum curriculum ordine et modo a se scite praeecepto absolvi cavit et monachos, quo illos alacriores redderet, assidue incitavit tum verbis, tum animi relaxationibus concessis, illas etiam scholae velitationes, quae exercendis atque acuendis ingenii comparatae sunt, frequentes esse voluit ac solemnes, non solum ad eas invitando monachos ex propinquis monasteriis, quosvis doctiores ac de clero presbyteros, sed et vicinos abbates. Examina stricta instituit, quae, quod in academiis non sine fructu fieri assolet, studentium merita promulgarentur. Neque hactenus substitit illius excolendae eruditionis studium, sed, quum exploratum haberet, severiorum literarum cognitionem rudius pertractari sine humaniorum cultu, hasce quoque in monasterium suum invexit ita, ut non solum linguae Latinae, humanitatis atque rhetorices, sed et linguae Graecae institutio traderetur juvenibus bonarum literarum studiosis. Qua ex re duplex monasterio emolumentum accrevit, ut nempe et adolescentes notae probitatis atque doctrinae ordinem professuri nunquam deessent, et vix aliquis monachorum esset, qui non aliquae eruditionis parte praecelleret. Quippe Maurus Geiger*, Rorsacensis, (Francisci in abbatiali dignitate successor), theologicis atque iuridicis disciplinis ita eruditus erat, ut illius consilia haud raro a reverendissimo iudicio ecclesiastico Molsheimensi peterentur et probarentur. Placidus Schmid, philosophiae ac theologiae callentissimus, utramque sat multo tempore cum laude professus est. Carolus Scherer praeter eximiam concionandi facultatem mathematicus quoque fuit insignis. Augustinus Schwaighart elegantiorum non minus, quam sublimium scientiarum gnarus extitit. Gabriel Messerschmid et Magnus Schwitler humanioribus praecipue literis excelluerunt, quas alteruter ipsorum aliquando in Rotwilensi gymnasio do-

* P. Maurus Geiger, der 1686 zum Abte gewählt wurde, war von Morsbach gebürtig und somit ein Landsmann des Abtes Franz. Karl Will in seinem catalogus abbatum (Ettenheim-Münster'sches Briefbuch Nr. 6) gibt über ihn folgende Nachrichten: Vor seiner Wahl war er cellerarius und schrieb als solcher 1661 ein Werk: paedagogus prolificus, was nicht gedruckt wurde. Eben so wenig ließ er seine lateinischen Hymnen veröffentlichen, von welchen Karl Will a. a. O. Proben mittheilt. Im Jahre 1688 ließ er in Straßburg ein Leben des heiligen Landelin drucken. Wegen seiner Gelehrsamkeit hat man ihn um ein Gutachten bei der Wahl des Armand Gaston de Nojan zum Bischof von Straßburg. Er starb 1704.